



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De continentia ex communi consensu seruanda. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Quod neuter continere valeat, nisi ex communi consensu. B

Quod verò sine consensu vxoris vir continere non valeat, subditis probatur testimonijs. Ait n. Aug. Si dicat vir, Cōtinere iam volo, Nolo a. vxor non potest. Quod n. tu vis, illa non vult. Nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicariæ? Si alij nupserit te viuo, adultera erit. Non vult talis lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi cōputabit, si non, q̄ tibi debetur, exigis: sed reddis, quod debes, vxori. Idem, Secundum verba Apostolica, etiam si vir continere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi redde: e cogereretur: & illi Deus imputaret continentiam, si non suæ, sed tuæ cōcederetur infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis ergo cōpatiens infirmitati vxoris reddit, non exigit debitum: aut si propter propriam infirmitatē ducit vxorem plangens potius, quia sine vxore esse non potuit, quàm gaudere quia duxit, securus expectat diē nouissimum. Idē. Vna sola causa esse potest, quare ad id, quod vouisti, non modo non hortaremur, sed etiam prohiberemus implere: si forte tua coniunx hoc tecum suscipere, animi vel carnis infirmitate recusaret. Nam vouenta talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu & voluntate communi, & si præpropere factum fuerit, magis est corrigēda temeritas, quàm persoluendā promissio. Non n. Deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius usurpare verat alienum. Idē, Apostolus nec ad tēpus, ut vacet orationi, nisi ex consensu voluit cōiugem carnaliter inuicē fraudari debito. Idē, Manifestum est ita voluisse legē scēminā sub viro esse, ut nulla eius vota, quę abstinentię causa vouerit, reddantur ab ea, nisi author fuerit vir permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit lex, si prius permiserit, & postea prohibuerit: non tñ dixit ut fa-

Ad finem

Pf 49. versu 8. tom, 8.

Epist. 199 ad Ediciam t. 2.

Aug. in li. 1. de nuptijs & concup. c. 14.

Idē in quaestio. Num. 1.

9. t. 4.

4. 6. 7.

ciat mulier quod vouerat, quia permissa iam prius à viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuic quod prius concesserat: non tñ mulieri ex hoc iussum dedit, vt cum prius vir ei cōcesserit, postea si prohibuerit cōtemnatur. Ex his apparet, quod vir vel mulier continētiam Deo offerre non potest sine comuni consensu, nec alter alteri debitum negare debet. Si vero quislibet eorum alterum à suo iure absoluerit, ad præteritam seruitutē nunquid reuocare poterit? Hoc n. videtur Aug. supra voluisse. Quibusdā videtur, quod mulier non discedens à domo viri, quæ viro permittente continētiam vouerit vel promiserit, eodē prohibente soluere non valeat: & hoc propter dignitatē viri, qui est caput mulieris. Sed melius hoc intelligitur in tali casu, vbi vir concedit mulieri vouere continētiam, & ante votum prohibet implere. Si vero habitum mutauerit, nō potest reuocari, secundum illud, Qui vxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.

Quibus temporibus cessandum sit à coitu. C

Et licet debitum poscenti semper sit soluendum, non licet tamen qualibet die poscere. Vnde Aug. Christiano cum vxore sua aliquando licet conuenire, aliquando non, propter processionis n. dies, & ieiuniorum aliquando non licet cōuenire: quæ etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impleri possit quod postulatur. Idē, Quotiens n. vel dies natiuitatis, vel reliquæ festiuitates aduenierint, non solum à concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinere. Idem Amb. Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi & dies processionis, & ipsa ratio conceptus & partus iuxta legem cessare vsum carnis his debere temporibus demonstrant.

Hieronymus videtur dissentire à præmissis. D

lii 3

lii